Depudet.pen.coꝛ.pudoꝛē abijcit.Ouid.depuduit pfugiſq; ſua ſigna reliq̄t.Aug.li.viij.cō.Depuduit vanitatē: ⁊ erubuit veritati.Hier.ad euſto.vſus ē Depudeſco. Nō depudeſco inq̄t īfelicitatis meę: q̄n potius plāgo nō eſſe quod fuerim.

Depugnare:pꝛobe pugnare.Lact.lib.v.Retinuit id quod erat ei contrarium cum quo depugnare poſſet.

Depuo.is.Uide in dictione Pauio.

Depurgo.as.pbe vl̄ deoꝛſuȝ purgo.Cato de re ruſ.Terraȝ cū ſtercoꝛe bñ pmiſceto depurgato ad herba graminibuſq;.

Deputo.as.pe.coꝛ.ppꝛie deoꝛſum puto.Col.li.iij.In agro macro ⁊ ſicco vineā ībecillā in bꝛumā amputato:quā partē nō deputaueris circa kalēdas Feb.repetito ⁊ deputato.Amb. in Ser.de q̄dragesima.Mō ferrū geſtās agricola ſarmēta deputat vineaꝝ.Itē deputare ē exiſtimare cēſere iudicare: qđ vulgo đr.Reputare nō vt mlti putāt delegare.Ter.i ecy. Aedepol ne meā eſſe herus operā deputat parui p̄tij q̄ ob rē nullā me miſit fruſtra vbi totū deſedi diē.Plau.i am. Inde cras e pmptaria cella depꝛomar ad flagrū:nec cāȝ liceat dicere mihi neq; i hero q̄cq; auxilij fiet:nec q̄ſq; ſit q̄n me oēs eē dignū deputēt.Itē.Aſſignare attribuere.Hier.ſup Mattheū.Phariſei opa dei p̄ncipi demonioꝝ deputabant.

Derbices ſeu Derbicę ⁊ derbij ſunt ppl̄i hyrcanis ppinqui.De q̄bus Hier.Maſſagetę ⁊ Derbices miſerrimos putant qui ęgrotatione moꝛiant̄: ⁊ penes cognatos ppinquos cū ad ſenectā venerint iugulatos deuoꝛāt:rectius eſſe dicentes vt a ſe potius q̄ a vermibus comedantur.

Derbenſes populi ex quoꝛum numero fuit Timotheus apoſtoli diſcipulus.

Derelinquęre:ſiḡt pꝛſus ſeu in totā relinquęre deſerere.

Derepēte:tota vna dictio:q2 vt docet.Do.aduerbijs p̄poſitionē ſeparatī nō addim⁹.Si enī ſeparaueris nō ē latinū:derepēte.Ter.in ecy.Ita coꝛripuit derepēte tacitus ſeſe obuiaȝ.

Derideo.es.pe.pꝛo.ſignificat cum alterius contemptu rideo.

Deripio is.pe.coꝛ.tam in bonū q̄ in malū ſumi pōt.In bonum Uirg.lib.ij.geoꝛ.Collaq; pręloꝝ fumoſis deripe tectis.i.cōfeſtim defer.In malū.Lac.lib.v.Quo mō ſe rapinis ⁊ fraudibus abſtinebunt qui mercurij furta nouerūt:docētis nō fraudis eē deripere ſ; aſtutię.i.ſurripere.Diripere v̄o in malum eſt cū ſignificet diuerſa diuerſę rapere:vt fit in vꝛbiuȝ expugnatione.Gellius.Nam cum oppidum toloſanū in terra italia.Q.Cepio conſul diripuiſſet:multumq; auri in eius oppidi templis fuiſſet quiſq; ex ea direptiōe aurum attigit miſero cruciabiliq; exitu perijt.

Deriuo.as.pe.p.a Riuus deſcēdit:cū aq̄ deflectit̄ aliquo.Uñ ⁊ deduco riui moꝛe ſiue deflecto ſiḡt.Per trāſlationē plęriq; vſi ſūt.Ter.in phoꝛ.Quid vis niſi vt maneat fanū atq; ex crimine h̄ Antiphonē eripiā:atq; oēȝ in me deriuē irā ſenis i.deflectā.Do.Deriuatio đr inflexio criminis ab eo ad queȝ ptineat ad eū ad quē nō ptinet.Ci.i ver.acti.iiij.Quid ē quā obꝛē putes te tuā culpā nō mō deriuare in aliquē: ſ; cōicare cū aliquo poſſe.Amb.Plęriq; varias ſignificationes de vinee appellatiōe deriuant.Col.lib.j.Pꝛopꝛie dixit.Crebꝛoſq; ſulcos aquarios quos nōnulli elices vocant:faciamus ⁊ oēm humoꝛē in cloacas:atq; inde extra ſegetes deriuemus. Ci.pꝛo Milone poſuit p deuitare.Fecerūt id ſerui.Milonis dicam enī non deriuandi criminis cā:ſed vt factū eſt neq; imperāte neq; p̄ſente dñō qđ ſuos q̄ſq; facere ſeruos voluiſſet.Hinc fit Deriuatiuus.a.um.qđ ab alio deducitur.

Derogo.as.pe.coꝛ.detraho.qđ p; ex eius ꝯ̃rio.Arrogo.Hiero. in plo.Eſdrę.Interrogent hebꝛęos: ⁊ ipſis auctoꝛibus trāſlationi meę vel arrogent vel derogēt.Feſtus.Derogare cū q̄d ex lege veteri quo minus fiat ſancit̄ lege noua.Ci.lib.ij. ad herē.Cū duę leges īter ſe diſcrepāt videndū eſt pꝛimum num abꝛogatio aut derogatio ſit.Quid ē ergo derogatio niſi detractio aliq̄ legis.Abꝛogatio ipſius legis ablatio:Illa partis legis:hęc totius ſublatio eſt.Derogo igit̄ detraho qđ ſil̄r ſit cū dignitati honoꝛiq; alterius detrahitur.

Derſei cum.ę.diph.populi ſunt gręcoꝛum in littoꝛibus thꝛacie ſicuti Herodotus oſtendit.

Deſęuio.is.valde ſęuio.qđ Hier.ad dicta trāſtulit cū i li.R.in q̄t.Latrantes canes q̄ aduerſus me rabido oꝛe deſęuiunt.

Deſcēdo.is.ex de ⁊ ſcando:pꝛopꝛię ſiḡt de loco excelſo ad imū deuenio cuius ꝯ̃riū eſt.Aſcēdo.Liui.li.j.Tenuere tñ arcē ſabini atq; īde poſtero die cū romanus exercit⁹ īſtruct⁹ qđ pa latinū capitolinūq; collē cāpi ꝯpleſſet nō p̄us deſcēderūt in ęquū q̄ ira ⁊ cupiditate recuperādę arcis ſtimulāte aīos romani aduerſuȝ ſubiere.Per trāſlationē v̄o dicimus.Deſcēdo in pręliū:deſcēdo in cāpum:deſcendo in foꝝ ⁊ hmōi alia q2 de q̄ete ad laboꝛē:de loco tuto ad piculū:de vita ad moꝛtē ē iſte deſcēſus ſiue ad aīam ſiue ad coꝛpus ſiue ad vtrūq; ſpectet.Perſius deſcēdere p humiliare poſuit. Ut nemo in ſe ſe tētat deſcēdere nemo: ſ; p̄cedēti ſpectat̄ mantica tergo

Deſciſco.is.Uide in dictione Aſciſco.

Deſcobinat⁹:ſauci⁹ abꝛaſus ſect⁹.Uar.in Melea.Si nautē delectatiōis cā venamini:quāto ſatius eſt ſaluis cruribus icarco expectare q̄ his deſcobinatis in ſylua curare.

Deſcribere.ppꝛie ſiḡt de exēplari ſcribere in q̄ ſignificatione ēt ſūt.Exſcribere ⁊ Trāſcribere.Ci.Coꝛnifi.S; pximē ſcripſi de optio gñe dicēdi in quo ſępe ſuſpicatus ſum te a iudicio nr̄o ſic vt doctū hoīem a nō īdocto paulū diſſidere.Huic tu libꝛo maxie velim ex aīa ſi minus gr̄ę ſuffragere dicā tuis vt eū ſi velint deſcribāt:ad teq; mittāt.Per tranſlationē v̄o ponit̄ pꝛo diſponere ſeu deſignare.Idē in Lęl.Mei ſūt oꝛdines:mea eſt deſcriptio.Itē p pingere.Plau.in aſi.Non potuit pictoꝛ rectius deſcribere eius foꝛmā.Itē pꝛo denunciare.Lac.lib.v.Qđ pphetię multo ante deſcripſerat.Licet ⁊ pꝛo accurate ſcripſerant ītelligi poſſit.Nā hoc verbū etiā ſcriptoꝛibus.i.ꝯdentibus aliq̄d ꝯuenire pōt:cum eius deſcriptio pꝛo diſpoſitione ⁊ accurata ſcriptiōe operis ponitur:vt Teren.in phoꝛ.Ego deſcripſi poꝛro illis q̄bus debui.Uirg. Immo hęc in viridi nup quę coꝛticę fagi carmina deſcripſi ⁊ modulans alterna notaui experiar.Lac.li.v.Quid eſt enī cur illā vel in carminib⁹ vel in oī ſermone deſcribāt ꝯquerētes eius abſentiā cū ſit facillimū bonos eſſe ſi velint.Et hoc ex vi p̄poſitionis de.quę diligentiā ſcriptoꝛis p̄ ſe fert.Dectſcribo.Gel.Haud quicq̄ dubitauimus q̄n ea plauti foret:⁊ oīum maxīa germina ex q̄ duos hos verſus exſcripſimus. De trāſcribo.Hier.in p̄fa.pſal.Uñ ꝯſueta pręfatione cōmoneo tam vos: q̄bus foꝛte laboꝛ iſte deſudat: q̄ eos qui exemplaria iſta habere voluerint: vt quę diligenter emendaui cū cura ⁊ diligentia tranſcribantur.Scribere pꝛopꝛium eoꝝ e[...] qui aliquid condunt.

Deſeco.as.pe.coꝛ.ferro incido.Col.li.iij.Et ſi fieri poteſt iuxta aliquem nodum ſerrula deſecato.Idem lib.xij.Bonus operarius pꝛati iugerum deſecat.

Deſero.is.pe.coꝛ.rui.rtū.derelinquo deficio.Hinc milites patrię deſertoꝛes dñr q̄ patriā deſerūt quā defendere deberēt. Uirg.Deſertoꝛē aſię.Sue.in Cęſa.Deſertoꝛ ac ſeditioſoꝝ inq̄ſitoꝛ ac punitoꝛ acerrimus: ꝯniuebat in cęteris.Hinc deſertū locū appellamus inhabitatū quaſi ab hoīb9 derelictū qđ gręce.Eremū nominant.Quomodo auteȝ differat deſertoꝛ ab Emanſoꝛe.Uide in dictione Emanſoꝛ.

Deſertum ⁊ participium ⁊ nomen eſſe poteſt.Participiū ideȝ eſt quod derelictum: ⁊ quandoq; aſperum atq; incultum. Uirgi.Rupe ſub aduerſa deſerti ad ſtrimonis vndam.Nomen ſumitur pꝛo loco inhabitabili:vt in hymno.Antra deſerti teneris ſub annis ciuium turmas fugiēs petiſti:ſ; heremus pꝛoducit penulti.quod ignaris gręcarum litterarū res noua videbitur: quoniam eſt.ερημος ερημου και ερημοω το απὸ λειπω και μονος οικεω ε[..]ι και λωφος και ερημια λεγεται παρα την ερην.

Deſerto.as.frequentatiuum eſt.Actius.Cum me ſolum vterq; parens deſertaſſet.

Deſeruire:ē obtēperare ſeu diligēter humiliterue ſeruire.Ci. Tyroni.Indulge valitudini tuę: cui q̄deȝ tu adhuc mihi deſeruis ſeruiſti nō ſatis fac bellus reuertare.Pōt ēt ſignificare:male ſuire qđ vernacula lingua dicitur Deſeruire.

Deſedio.es ⁊ Deſido.is.pe.coꝛ.ſicut in aſſideo dcm̄ eſt.Pꝛimū

cũ q̃ete ſedeo qđ eſt ↄtinue ſedeo: ſeu ſedẽdo tẽpus ↄſumo. Sue. in Ceſa. A quo ad acceſſendaꝫ claſſem in bithyniam miſſus deſedit apud Nicomedem. i. manſit: commoratus eſt. Scđm cum motu ꝓcedo vt q̃eſcã: ſiue moꝛer. Ter. in ecy. Ubi totũ deſedi diẽ michonium hoſpitẽ dũ expecto. Feſt⁹. Picena regio in qua eſt. Eſculuꝫ dicta ꝙ ſabini duꝫ eſculuꝫ proficiſcerentur vexillo eoꝛum picus deſiderat. Quod eſt a deſido. i. deſcenderat: vt moꝛaretur.

Deſes. idis. a deſedeo. q̃ nihil agit ⁊ ocioſus ſedet: vel q̃ ſtat ſe pi⁹ ad ſedẽdũ ſup his q̃ trãſigẽda ꝓpere foꝛẽt. Li. li. j. Deſidẽ romanũ regẽ iter facella ⁊ ars acturũ eẽ regnũ rati Et. li. iij. Sedemus deſides domi mulierũ ritu inter nos altercantes.

Deſidioſus qui deſidia plenus eſt. Oui. Querit̃ egyſtus quare ſit factus adulter i ꝓ̃ptu. cã eſt: deſidioſus erat. Deſidia vͦ eſt vitium ignauię. Sal. Non fuit coſilium. ſocoꝛdia atqꝫ deſidia bonum ocium conterere.

Deſilio. is. pe. coꝛ. deſilui deſultum. Uide in dictione ſalio.

Deſignare. deſcribere: q̃ſi p ſigna demõſtrare. Cęſar. li. j. Cęſar hac oꝛ̃one liſci. Dimoꝛigem Dunatici frẽm Deſignari ſentiebat. Sed ꝙ plurib⁹ pñtibus eã reꝫ iactari nolebat celeriter ↄſiliũ dimittit. Aliqñ ſigt̃ Deputare decernere ſeu deligere. Sal. Catilina nihilomin⁹ i proximũ annũ cõſulatũ petebat ſpans ſi deſignatus foꝛet: facile ſe ex volũtate antonio vſurũ. Col. li. iij. ipꝫ aũt agꝛ quẽ ſeminario d̃ſignaueris planũ ⁊ ſuccoſũ ſit. Aliqñ ſigt̃ rẽ nouã facere i vtrãqꝫ partẽ bonã ⁊ malã. Uñ ⁊ Deſignatio ↄtractio ↄductioqꝫ ppl̃i i vnũ. Hoc eniꝫ ei ↄtingit q̃ aliquo flagitio ppl̃i i ſe oculos ⁊ oꝛa conuertit: ⁊ ſpectaculo ẽ vulgo. quẽadmodũ deſignatoꝛes curatoꝛes funeꝝ q̃ ludis funebꝛib⁹ pręerãt ⁊ multitudinẽ retinebãt ob eã cãꝫ ꝙ i his ludis fiant noua ⁊ ſpectãda: Sene. de bñfi. An tu Arũcium ⁊ Aterũ ⁊ cęteros q̃ captandoꝛum teſtõꝛum artẽ profeſſi ſũt nõ putas eadẽ hr̃e q̃ deſignatoꝛes ⁊ libitinarios vota illi quorum merces optent neſciunt. Hi familiariſſimũ qꝫ quinqꝫ ex quo propter amicitiam rei plurimum eſt moꝛi capiunt. Ter. Modo quid deſignauit.

Deſioculus dicitur qui vno eſt captus oculo: qui ⁊ luſcus dicitur. Mar. Hinc deſiculus: ⁊ hinc lippus.

Deſipio. is. pe. coꝛ. deſipui deſipiui ⁊ deſipij. ex de ⁊ ſapio. ſigt̃ iſipienter ago ſiue de ſapientia decido: vel aliq̃d a cõi ſenſu ſapiẽtiaqꝫ min⁹ habeo: ⁊ ↄſtruit̃ cum ablatiuo. Li. M. Lelio In quo cũ obiurgarer ꝙ nimio gaudio pene d̃ſiperẽ. Plau. in epi. gtõ iũxit. Deſipiebã mẽtis cũ illa ſcripta mitterẽ. Aug. li. j. ci. dei docet min⁹ eẽ deſipere q̃ꝫ inſanire. Poꝛro inq̃t ſi q̃s hoc aggrediẽdũ ⁊ ſuadẽdũ putat nõ dico deſipit ſꝫ iſanit. Lac. li. ij. Deniqꝫ poeta maxim⁹ hõ i cęteris prudẽs: i hoc ſolo nõ poetice ſꝫ aniliter deſipuit. i. moꝛe anili inſipienter ęgit. Huius ↄtrariũ ẽ Reſipiſco. Nã reſipio in vſu raro ẽ. reſipiſco freq̃nter. Deſipio i vſu ẽ. deſipiſco nõ. Et hęc oĩa ad mẽtẽ ꝓprie ptinẽt. Eſt enĩ Reſipiſcere ad mẽtẽ redire. Lact. de ira dei. Idcirco nõ ad pñs noxiũ quẽqꝫ punire vt hẽat hõ reſipiſcẽdi ſui facultatẽ. Et li. vj. diui. inſti. Reſipiſcit enĩ ac mẽtẽ ſuã q̃ſi ab inſania recipit quem errati pudet: caſtigatqꝫ ſe ipm dementię ⁊ ↄfirmat animum ſuum ad rectius iuuandũ.

Deſino. is. pe. coꝛ. ex de ⁊ ſino. ſignificat omitto. finio. ceſſo. vt Deſine plura loq̃. Hinc Deſinentia finis terminus. Sic dicimus. Deſine artem ludricam. Li. Mario. Libẽter me hercle artẽ deſinerem tecumqꝫ ⁊ cũ ſimilib⁹ noſtri viuereꝫ. Eſt enĩ deſinere artem renũciare arti atqꝫ relinquere. Uñ ars d̃ſita dicitur relicta ⁊ omiſſa. Hel. li. xv. Oium tum athenienſium conſenſu diſciplina tibijs canendi deſita eſt.

Deſiſto. is. ceſſo. Uirg. Me ne incepto deſiſtere vitaꝫ. Deſiſtere inq̃t Ulp. eſt a negocio abſtinere qđ calũniandi animo inſtituerat. Inde deſtitiſſe is videtur non qui diſtulit ſed qui liti renunciauit in totum.

Deſoloꝛ. pe. ꝓ. deponens a Soloꝛ cõpoſitũ eſt ⁊ cõtrariam ſuo ſimplici hꝫ ſignificantiam. Sꝫ p tranſlationẽ in ſignificatione differt. Cũ enĩ q̃s aliquem ſolat̃ q̃ſi de ſolo lapſum in ſolum ſiue ſoliditatẽ alleuat. Paſſiue tamẽ deſolat⁹ accipitur apud Hie. ad Tyra. Sola ſepatione doꝛmientis ęſtuans deſolatus ſolatio pij pignoꝛis iactoꝛ. Inuenitur ⁊ Deſolo. as. pe. ꝓ. a ſolo qđ terrã ſolidã ſignificat. ꝓ deſtruo ſiue de ſoliditate deijcio. Col. li. j. Quia flagitioſum quos hoſtis ꝓfligẽdo deſolaſſet agros nouo moꝛe cinere romanũ ſupꝛa vires pr̃imonij. Uirg. li. xj. Uidimus ingẽte ⁊ deſolauim⁹ agros.

Deſpero. as. pe. ꝓ. nõ ſpero. extra oẽꝫ ſpẽ ſuꝫ. Hic enĩ denegat. Li. in Lel. Cuius aures clauſe ſunt ṽitati vt ab amico veruꝫ audire neq̃at: huius ſalus deſꝑanda eſt. Dicimus aũt Deſpero ſalutẽ ⁊ de ſalute. Ambꝛo. Nemo veteruꝫ ↄſcius delictorum ꝑmia diuina deſperet. Deſperatus in moꝛbo d̃ꝛ de quo nulla ſalutis ſpes hẽt̃. Hier. in. li. R. Percuſſitqꝫ dñs puulũ ⁊ deſperatus ẽ. Itẽ d̃ſperat⁹ d̃ꝛ. q̃ nullã hꝫ ſpẽ. Uñ vet⁹ ꝓuerbiũ: nõ eẽ cũ deſꝑatis certãdũ. deſꝑatio vt iq̃t Li. li. iiij. tuſ. ẽ ęgritudo ſine vlla rerum expectatione melioꝛum. Sal. Ne foꝛte deſperatione adducti vite moꝛtem pręferrent.

Deſpeſco. is. cui. ſignificat pecus deduco: vt compeſco vna duco ⁊ paſco. ⁊ in vno loco contineo.

Deſpicio is. pe. coꝛ. deoꝛſum aſpicio. Col. lib. j. Area ſi competit ita ↄſtituenda eſt: vt vel a dño: vel certe a ꝓcuratoꝛe deſpici poſſit. Per trãſlationem ponitur ꝓ ↄtemno ſiue paruifacio. Nã cum q̃s alium ↄtemnit deſpicere vr̃ quaſi infra ſe aſpicere: quẽadmodũ Suſpicio eius ↄtrariũ: ſurſum aſpicio ⁊ p tranſlationem veneroꝛ: q̃ſi ſupꝛa nos aſpiciamus illum eſſe collocatum. Ci. li. ij. offi. deſpiciunt autem eas ⁊ contemnunt in quibus nihil virtutis neruoꝛum putant.

Deſpectus. a. um. participium. quod eſt contemptum. Deſpect⁹ us. nomen. ipſe actus deſpiciendi.

Deſpectio. idem qđ deſpectus. Ci. in hoꝛtẽ. Cõſolabit̃ eã magnitudo aĩ ⁊ humanaꝝ opinionum alta quedam deſpęctio.

Deſpicientia. Deſpectus ſiue deſpectio: ⁊ in ſe plus continet q̃ꝫ cõtemptio vt apud eũdẽ. li. j. tuſ. Totã vim bñ viuendi in aĩ roboꝛe ac magnitudine ⁊ in omni reꝝ humanaꝝ cõtemptõe ac deſpicientia ponamus. Et illuſio plus ẽ q̃ꝫ ↄtẽptio deſpicientiaqꝫ vt i Cato. idẽ Ci. Cõtẽni ſe putant deſpici illudi.

Deſpecto. deſpectas ſępe deoꝛſum aſpicio. Clãd. li. iij. d̃ſpectãt vertice locum. Uirgilius. Nunc terras oꝛdine longo aut capere aut captas iam deſpectare vidętur.

Deſpicoꝛ. pe. coꝛ. deſpicio. Ter. in Eu. Quę nos nr̃amqꝫ adoleſcentiam hñt deſpicatã. Do. Deſpicatã contemptam atqꝫ deſpectam a deſpicoꝛ. Hie. Ieſſe filius. Dauid non pꝛimus aut ſecundus: aut tertius: ſed omnium vltimus vngitur a ꝓpheta: ⁊ deſpicabilioꝛ cunctis eligitur in regem.

Deſpoliare eſt exuere. Hiero. ad Euſto. Non neceſſe eſt vt dicas deſpoliaui me tunica quo modo induam illam.

Deſpondeo. es. ex de ⁊ ſpondeo. Spondeo autem a ſponte fit quod veteres pꝛo dico vſurpabant quia qui ſpondet ſponte. i. voluntate dicit. Unde reſpondeo factum eſt: quod ẽ poſterioꝛe loco dico. Poſtea vͦ ſpondere vſurpari cęptum ẽ pꝛo ſponte pꝛomittere. Unde qui puellam ſpondet: ſponſoꝛ Que ſpondetur puella. Sponſa. Cui ſpondetur. Sponſus. Qua rogatur pecunia dotis a ſponſo. Sponſio hoc eſt pꝛomiſſio appellatur. Et dies qua puella pꝛomittitur. Sponſalis. Et Spõſalia mentio ⁊ pꝛomiſſio futurarum nuptiarum Eſt ãt Deſpõdere pꝛomittere: quod ad nuptias pꝛopꝛie pertinet: ⁊ ad eum pręcipue cuia intereſt locare mulierem viro ſiue virũ mulieri. Ter. Nã aliam pr̃ ei deſponderat gnatam chꝛemetis. Deſpõdere aĩum ille d̃ꝛ q̃ ſue ſpontis ſtatuit finẽ ⁊ quaſi ex deſperatione moꝛi decreuit. Uar. li. iij. de re ruſ. Ne reliqui ſi videant deſpondeant aĩum: atqꝫ alieno tꝑe vẽditoꝛi moꝛiantur. Liui. li. iij. Nec ipſi ſolum deſponderãt animos: ſꝫ cõtemni cępti erant a finitimis ppl̃is. Plau. in Mili. Ne lamentetur: neue aĩum deſpondeat. Apud Senecam ⁊ Col. ſine aĩ adiectione legit̃. Deſpondere. Nam de turdis ſic ait. Difficulter in aliaꝫ regionẽ transferunt̃. qꝛ cauies clauſi plurimi deſpondent. Sil̃r dicimus deſpondere ſapientiaꝫ illum qui deſperat ſe poſſe ad ſapientię faſtidiũ ꝑuenire. Et ob hoc deſiſtit ab incępto. Nã li. xij. Col. inq̃t. Quam ꝓbabilis rõ eſt obmuteſcẽdi qꝛ nequeas oꝛatoꝛ eſſe perfectus: aut in ſocoꝛdiam compelli qꝛ deſponderis ſapientiaꝫ. Magnę

rei ꝙtūcūqꝫ poſſideris fuiſſe ꝑticipem non minima eſt gl'ia.

Deſponſo.as.a deſpondeo fit.Ambꝛo.Et bene vtrumqꝫ poſuit ſcriptura vt deſponſata eſſet ⁊ virgo.

Deſpumo.as.pe.pꝛo.ſpuma pꝛiuo. Uirgi.li.j.Ge.Et foliis vndã tepidi deſpumat aheni.Per trãſlationẽ deſpumare ponitur pꝛo decoquere. Hiero.ad Ocea. Uenter mero ęſtuãs cito deſpumatur in libidines.Perſius. Stertimus indomitum ꝙ deſpumare falernum ſufficiat.

Deſpuo deoꝛſum ſpuo: ſeu ſpuendo execrationem demonſtro vt apud Perſium. Eſt pꝛope te ignotus cubito qui tangat: ⁊ acres deſputat in moꝛes.

Deſtino.as.pe.coꝛ.ex de ⁊ ſtino.Uñ ⁊ perſtino. Eſt aũt deſtinare deliberare aſſignare deputare parare eligere.Col.li.ij. itaqꝫ ꝯſiderãdũ erit vt ſolũ qđ excolere deſtinamus pingue ſit.Ci.li.v.tuſ. Ad hoꝛã moꝛtis deſtinataꝫ. Sue. de Cęſare. De ãpliãdo impꝛio plura ac maioꝛa in dies deſtinabat: deliberabat.i.parabat ꝯſtituebat.deliberabat.Plynius ĩ pana. Deſtinatio ꝯſultus.i. electio. Qñqꝫ ponit̃ ꝓ alligare. Apul. li.iiij.de aſi.Arreptũ me loꝛo ꝙꝫ valido ad inſulã quãdã deſtinatũ.Qñqꝫ mittere ſigt̃. Juuenalis.Deſtinat hoc mõſtruꝫ cymbe liniqꝫ magiſter põtifici ſummo.Aliqñ emere.Lucil. Facio ab lenone tribus vt libertatẽ milibꝰ deſtinet . Hic fit cõpoſitũ.Pręſtino quod ẽ ꝑoꝛdino ꝑmitto.Aug. Predeſtinatio a ꝑmittendo ⁊ ꝑueniendo vel ꝑoꝛdinãdo futuꝝ aliquid dꝛ. Qñqꝫ.Taxare ſiu ꝓ pꝛetio deſtinare.Plau.in Ru. Minis triginta ſibi puellã deſtinat:datqꝫ arrhabonẽ ⁊ iureiurãdo alligat. Hoc idem ſigt̃ ꝑſtino. Apul.Et ꝑcotato ꝑtio ꝙ centũ nũmis iudicaret aſpnatus viginti denariis perſtinaui.Sunt qui pꝛędeſtinatum intelligi velint oſtenſum indicatumqꝫ vt eſt illud apoſtoli ad romanos.Qui pꝛędeſtinatus eſt filius dei.Eſt ⁊ pꝛęſtino de quo alibi.

Deſquamo.ſequamis.exuo.Plau.in aul.Deſquama piſces.

Deſtituo. is.ex de ⁊ ſtatuo ſigt̃ derelinquo dimitto. Uirg. Et freta deſtituẽt nudos in littoꝛe piſces. Interdũ deſtituẽ eſt ꝑuare ⁊ ſic ꝯſtruit̃ cum ablatiuo.Col. li.iiij. Ruſſus nimiam ſiccitatẽ deſtituere plantas nãli alimẽto. Interdũ Diſſoluẽ. Neuius.Multo nauem iubet deſtitui anchoꝛis. Interdum Statuere.Cęcil.Deſtituit oẽs ſuos ad menſam ante ſe.

Deſtringo.is.deoꝛſum:ſiue de aliis ſtringo colligo aut excido. Col.li. xij. Tum ⁊ olea deſtringenda eſt ex qua velis viride oleum efficere.Mar.Pergamus has miſit curuo deſtringere ferro:non tam ſępe teret lintea fullo tibi.

Deſtruo.iſ.xi.ctũ.ſigt̃ qđ ſtructũ ẽ vt non ſtructũ ſit efficio. ε λ λην ισι αναςκευα ξω αποσλλω και λυμαι νομαι και πολλα αντισπαντο λατωρ πραγματωρ.

Deſtructile pe.coꝛ.qđ deſtrui põt ⁊ deſtruet̃ in fine. Lact.li.de Jra dei.Deſtructilia ſunt omnia quę manu fiunt.

Deſudo.as.pe.ꝓ.valde ſudo.Sudo v̊o a Sudus.ſ. Nonio creditur fieri ꝯſtat.Interdum tñ deſudare per tranſlationem ponitur pꝛo laboꝛare.Hier.in pꝛolo.Li. Salomonis. Mittitis ſolatia ſũptuũ notarios noſtros ⁊ labꝛarios ſuſtentatis vt vobis noſtrum potiſſimum deſudet ingenium.

Deſueſco.is.deſueui.⁊ Deſueo es.eui.Pꝛimũ neutrũ:ſecundũ actiuum.Uñ Nonius in pꝛiſcis dictionibus. Deſueui illuꝫ ꝓ deſuefeci illũ.i. conſuetudinẽ illi abſtuli. Titi. Paraſitos amoui:lenonẽ ędibus abſtruxi.deſueui ne quo ad cęnã iret extra ꝯſiliũ meũ. Hic deſui a deſueo in actiua ſignificatione accipit̃. Nã ꝙꝫuis Priſ.Conſueſco conſueui.etus ſum dicat Addit tñ:charifius.Cõſueo ponit.Jd circo pꝛiſco moꝛe iuxta.Chariſiũ:iuxtaqꝫ ſignificationem actiuaꝫ quę in pꝛęterito deſueuia. Nonio ꝓlata eſt neceſſe eſt vt Sueo ſimplex ſit vñ foꝛmatꝰ ſueſco:ex quo componunt̃.Cõſueſco: deſueſco: aſſueſco. Inſueſco ꝙ̃ ſignificationẽ paſſiuaꝫ innata hñt vti caleſco erubeſco: ⁊ augmẽtatiuam: vt oleſco adoleſco cũ tñ oleo adoleo actiuã ſiue neutralẽ habeãt. Jta ſueo ꝯſueo deſueo actiuã ſiue neutralẽ hẽre ꝯuenit. Ea enĩ ꝙꝫtũ ĩtelligo iã abſoluere: ꝓpterea ĩ eoꝝ locũ ſucceſſiſſe ꝯſuefacio aſſuefacio ⁊ hmõi puto.Simplicis aũt ſueſco pꝛęterita ſunt quę dicaꝫ. Claud.li.iij.de rap.Poſt hęc cunabula dulci ferre ſinu. ſum moqꝫ ioui deducere paruam ſueuerat: ⁊ genibus ludentem aptare p̃nis.Ci.Metello.A te id qđ ſueſti peto me abſentẽ diligas atqꝫ defendas.Qñqꝫ. Deſueſcere nõ per negationem ſed per affirmationem ex vi pꝛępoſitionis deponit̃ ꝙ̃ſi deoꝛſum ſueſcere.ſiue deſcendere ſueſcere. Plau. in aſi. Auceps quãdo concinnauit aream effundit cibũ:aues deſueſcunt neceſſe eſt facere:ſumptum qui querit lucrum. Quandoqꝫ.Deſuetus dicitur valde ſuetus.Uirgi .li.iiij.ęn.

Deſuetudo.a deſueſco ſicut conſuetudo a conſueſco : quę contraria ſunt. Liu.lib.j.Mitigandum ferocem populuꝫ armoꝛum deſuetudine ratus.

Deſidero.as.ex de ⁊ ſidero.Sidero v̊o a ſidus deducitur.Deſiderare ꝓ cupere ꝙ veluti lucem ſideris quod amamus optemꝰ.ꝑ trãſlationẽ ponit̃ pꝛo deficere ſeu moꝛi.Macro. Ne ꝗd ad perfectionem cętus deſideret̃ inuitandos adhuc congreſſum conuentumqꝫ cenſeo.Curti. Jn eo pꝛęlio trecenti capti quinquaginta deſiderata ſunt.

Deſideriũ:mõ ꝓ vehementi amoꝛe: vt apud Juue.Cur.deſiderio bibulę ſertoꝛitus ardet:mõ pꝛo nimia cupiditate videndi eum ꝗ abeſt.Et pꝛopꝛie de rebus gratis optatis aut amiſſis dꝛ. Hinc dicimus poſt pugnam deſiderari milites qui perierunt.Ci.in. Lęl.Ego ſi ſcipionis deſiderio me moueri negem ꝙꝫ id recte viderint ſapientes.

Deſideratiua v̊ba ſunt quę a Priſ.meditatiua vocant̃.Ea terminant in rio: vt. Eſurio parturio. Nã deſideriũ magis ꝙꝫ meditationẽ denotãt.Ci.li.ij.philip.Utinã aliqñ doloꝛ pꝑli ro.pariat qđ iã diu parturit.ply.li.xxxvj.Et itẽ oẽs ad alligati mulieribꝰ vel ꝗ̃drupedibus in pelliculis ſacrificati vteri aĩaliũ ꝯtinẽt ꝑtus nõ niſi parturiãt remouẽdi alioꝗn vuluę excidiũ fit.Sꝫ niſi parturientibꝰ auferant̃ oĩno nõ pariunt. Sic parturio ꝓpꝛie ꝓ cupio parere ſumit̃:ꝙꝫꝙꝫ interdũ ꝓ pario ſumptũ inueniat̃.Scaturio ꝓ ꝑmitiuo capit̃ ſcateo.Nõ enĩ deſideratiuũ ẽ ſignificatiõe ſꝫ voce tñ: Amaturio aũt lecturio dicturio cũ amaſco ⁊ legiſco ꝗbꝰ placent relinquimꝰ Jpſa quidẽ cęteraqꝫ eiuſmodi niſi apud auctoꝛes appꝛobatos inueniãtur non gregem deriuatiuoꝛum verboꝛum ĩ ſco ⁊ rio terminatoꝛum aſcribenda cenſemus.

Deſum.dees.ſignificat deficere.Seneca.Felix eſt cui nihil deeſt ad bene beateqꝫ viuendum.

Deſultoꝛes: qui equos eligunt:alunt ac docent quoꝝ ars eſt binos trahere equos: ⁊ alternatim ex vno in alteꝝ mira celeritate tranſultare. Liu.li.xxiij. Nec oẽs numidę in dextro locati coꝛnu: ſꝫ ꝗbꝰ deſultoꝛũ ĩmodũ binos trahentibꝰ equos inter accerrimã ſępe pugnã in recentẽ equũ ex feſſo armatis trãſultare mos erat:tanta velocitas ipſis:tãqꝫ docile equoꝛum genus eſt.Uar.li.ij.de re ruſ.Peritꝰ belli alios equos eligit:alit ac docet:aliter quadrigarius ac deſultoꝛ.

Deſultoꝛij v̊o ipſi equi duo ſint ephippis a grecis. κελης κελητος και κελητιζω. Jrruo dicti: ꝙ ex his facile deſiliant deſultoꝛes ꝗ ſingulis eꝗtibus pꝛęſto erant exercitatis ita militibꝰ vt altero de via feſſo deſilere poſſẽt ĩ recẽtẽ.Sue.de Cęſare.Quadrigas bigaſqꝫ ⁊ equos d̊ſultoꝛios agitauerũt nobiliſſimi iuuenes.Caſſiodoꝛꝰ v̊o ĩ epiſtolis diuerſuꝫ ab his gñs ita noĩat ĩ ludis circẽſibꝰ. Eꝗ iꝗt deſultoꝛij ſunt ꝑ quos circẽſiũ miniſtri miſſos denũciãt exituros: vt luciferi ꝗdã in aſtris ſimilitudĩe ꝑcurſoꝛias velocitates imitari videantur Per trãſlationẽ.Apul.ĩ pꝛio de aſi. Jã hęc ꝗdẽ ipa vocis immutatio deſultoꝛię ſcię ſtilo quem acceſſimus reſpondet. Similiter Martianus de nuptijs philologię. Leuitate pernix deſultoꝛia geſtiebat.

Detego.is.pe.coꝛ.aperio.nudo. Lact.lib.ij. Nunc interim falſa detegamus.

Deteſtoꝛ.meo teſtimonio rẽ abominoꝛ ĩpꝛobo execro ꝯponẽs ꝙꝫuis ⁊ cõe verbũ ĩueniat̃. Hoꝛ.li.j.car. Bellaqꝫ m̃ribꝰ deteſtata. Lac.li.vj. Hic ẽ illa plauti ꝯteſtãda ſnĩa. Male meret̃ ꝗ mẽdico dat qđ edat:nã ⁊ illđ qđ dat ꝑit : ⁊ illi ꝓducit vitã atqꝫ miſeriã. Apđ iuriſcõſultos.Deteſtari ponit̃ ꝓ abſẽti denunciare. Jnde ꝯteſtatio denunciatio facta cũ teſtatione.

Deſtabile.abominabile.

Deterreo: valde terreo: ⁊ q̈ſi terrore quodã prohibeo: remoue oue. Ci. li. j. tuſ. Jtaq̃ nõ deterret ſapiẽtẽ mors q̃ pp icertos caſus quo cotidie imĩnet. Jdẽ de optio dicẽdi genere. Nec ṽo. Ariſtotelẽ i phĩa deterruit a ſcribẽdo amplitudo. Platonis. nec ipe Ariſtoteles admirabili copia ceterorũ ſtudia reſtrinxit. Nec ſolũ ab optimis ſtudijs excellẽtes viri deterriti non ſunt ſed ne opifices quidẽ ſe actibus ſuis remouerunt.

Detero. is. pen. cor. ex de ⁊ tero. ſignificat proprie terendo deijcio: qđ ⁊ trituro dr̃. Nã ſpicis pcuſſis frumenta in illis diſpoſita deterunt̃ cũ grana in terrã minuta diſſiliunt. Col. li. j. Areo optĩa ẽ in ſilice ꝯſtructa q̄ ⁊ celeriter frumẽta deterũt̃ Per trãſlationẽ Hie. i prolo. Job Qui ⁊ hebreorum ſermonez experte didicimus: ⁊ in latino pene ab ipſis cunabulis inter grãmaticos ⁊ rhetores detriti ſumus. i. exercitati: q̈ſi a ſimili vt gladius exercitatus ⁊ ipſo nimio vſu cõminutus. Jdẽ poſuit p eo qđ ẽ damnũ infero: ⁊ vulgo fruſto dr̃. Ueſtitus iđt pariter nõ deterit̃ capilli ſimul nõ augẽtur: barba in cõe non creſcit calciamẽta ex equo oĩbus durant. Lactã. lib. vj. Quos aũt primi aditus difficultas detriuerit eos in illaz viciorũ viã labi atq̃ deflectere q̃ prio ingreſſu ſit q̈ſi amena: mltoq̃ tritior. Detriuerit p defregerit ſiue deijciẽdo fregerit i. remouerit. Tritior ṽo p viſitatio. Uñ tritũ ṽbũ p viſitatũ

Deter. ſiue deterius. a. um. pe. cor. dicitur cui aliquid deeſt ⁊ q̈ſi detritum ne bonum ſit. A quo deterior deterimus.

Detergo. es. ſi. ſum. ⁊ Detergo. is. pro depurgo. Col. li. iij. Quotiens falcem acueris ea pelle aciem detergito. Jdem. lib. viij. Aut cornu aut vngula tundunt: aut arbori affricant parietibuſue detergent.

Determino. Diffinio. Lact. li. iiij. Determinanda eſt nobis veritas breuiter: ⁊ in ſuo proprio domicilio collocanda.

Detexo. is. valde texo perficio Uirg. Uiminibuſq̃ molli paras detexere iunco. Nam de augentis eſt.

Detineo. es pe. cor. pprie ad eos ptinet q̃ prius nõ tenebantur: ⁊ quouis mõ detinẽt̃ ſiue capiunt̃ ne abeant in iuſſu ei⁹ qui detinet. Lact. li. vij. Oĩs ĩ vna cõiq̃ cuſtodia detinẽt̃. Ter. in Eu. Detineo te fortaſſe: tu pfecturus alio fueras. Retineo nõ ptinet ad eos q̃ prius tenebant̃: ⁊ ne abeãt retinent̃. Et hec tã ĩ bonã q̃ ĩ malã partẽ ſumi poſſũt. Per trãſlationẽ aũt. Ter. ĩ phor. Pol me detinuit morb⁹. Sal. Me ambitio mala detinuerat De retineo. Jdẽ. Nã ĩperiũ facile his artib⁹ retinet̃ q̃ h⁹ ĩ initio patrũ ẽ. Ter. ĩ adel. Pudore ac liberalitate liberos retineri ſati⁹ eẽ credo q̃ metu Hĩc Detento. as. frequẽtatiuũ

Detõdeo. es detõdi: q̃uis tõdeo totondi faciat. Antiqui tñ geminabant: ⁊ ſignificat a ſũmo vſq̃ deorſum tondeo. Col. li. viij. Et eſt modus optimus cõſiderare tempeſtates quibus ouis neq̃ frigus ſi lanam detraxeris: neq̃ eſtum ſi nonduz detonderis ſentiat. Uerum cum queq̃ detonſa fuerit vngi debet tali medicamine.

Detono. as. pe. cor. valde tono. Hiero. Et cũ pſecutionis detonaret pcella ĩ villã remotiorẽ receſſit. Sed per tãſlationem.

Detorqueo. es. ſi tũ ſignificat deflecto. Col. li. iiij. Sed qđ in ſalicto ꝯferendo vitauerimus id ſeq̃mur in eiuſmodi malleolo quẽ eſt neceſſe longiorem facere ſi volumus detortũ pangere. Ci. p tranſlationem li. ij. offi. poſuit. Naz ⁊ voluptates blandiſſime dñe maiores partes aĩ a virtute detorquent.

Detraho. is. cũ actõ pprie ſigt̃ exuo id qđ q̃s induit: ſiue q̃cquid manu ꝯtigi ⁊ detrahi põt: vt Detrahe veſtimẽta ſoccos palmites ⁊ hmõi. Teren. in heau. Aſſido. occurrũt ſerui ſoccos detrahũt. Plau. ĩ aſi. Nudo detrahere me veſtimẽta iubes? Jnterdũ detrahere ponit̃ p remouere. Hiero. li. j. Re. Detrahebãt hoĩes a ſacrificio dñi. Aug. ſup Jo. Detrahe ṽbum: ⁊ qđ ẽ aq̃ niſi aq̃? Accedit verbũ ad elementũ ⁊ fit ſacr̃m. Jnterdũ p auferre. Amb. li. iij. Qđ ſi nõ licet nõ dare: quo mõ detrahere licet? Per trãſlationẽ ṽo cũ fama gl̃ia honor opinio ðtrahũt̃. Et tũc cũ dtõ ꝯſtruit̃. Hie. ad Euſto. Dicat aliq̃s: ⁊ audes nuptijs detrahẽ q̃ a deo bñdicte ſũt nõ ẽ detraheretur nuptijs cum illis virginitas anteferetur. Hinc Detractor ⁊ detracto. as.

Detractores dicuntur qui fame alicuius derogant.

Detracto. as. freq̃ntatiuũ. ſignificat defugio deuito recuſo nego Uirg. li. iij. ge. Nec mihi diſpliceat maculis inſignis ⁊ albo: aut iuga detractãs ĩterdũq̃ aſpera cornu. Juſti. Nec ipſe detractauit certamẽ. Aliquando detractare eſt male tractare.

Detrimentũ: damnũ dictũ ſm Uar. a detritu q̄ ea que trita ſũt minoris p̃tij ſunt. Sic intrimentũ ab eo q̄ duo iter ſe ſint diminuta. Differuntq̃ abinuicẽ q̄ detrimẽtũ vt Pedia inquit vel vnius partis dici poteſt. Jntrimentũ ṽo ad vtriuſq̃ partis ſpectat dantis accipientiſq̃ commodum.

Detrudo. is. pe. pro. deorſum trudo ſiue trudendo deijcio. Liu. li. ij. Jam impetu conabantur detrudere virum. Per tranſlationem. Ci. lib. j. offi. Sin aliquando neceſſitas nos ad ea detruſerit: que noſtri ingenij non erunt.

Detrũco. as. trũcando deijcio ſiue in trũcos: aut detrunco ſeco vt hic detrũcatus eſt: arborẽ detrũcato: partem voluminis detrũcauit. Diſtrunco aũt in diuerſas partes trũco. Plau. in Tru. Jam ego te hic agnum faciam ⁊ medium diſtruncabo.

Detrullare: eſt de trulla in trullam deplere. quo vſus eſt Apitius. Quod ipſum ⁊ diffundere ſm Ply. vocatur.

Deturgeo. es. deturſi. Uide in dictione Turgeo.

Deturbo. as. fere ſicut detrudo ſumitur: niſi q̄ in deturbo maior ſit violentia q̃ in detrudo. Eſt eniz deturbare deorſum cũ violentia deijcere. Uirg. pupi. deturbat ab alta. Col. ṽo li. v. ad pãpinationẽ Tranſtulit. Uinitor inq̃t q̃ ante ferro nũc manu deputet: vmbriſq̃ cõpeſcat: ac ſupuacuos pampinos deturbet. Ci. Cu. põpeio alr̃. Sed hoc ſcito tuos veteres hoſtes nouos amicos vehementer litteris tuis periculoſos: atq̃ ex ſpe deturbatos iacere.

Deuehо deorſum veho. Hier. ad ruſ. Et multa gñ̃a pigmentorum de paradiſi dicitur fonte deuehere. Ci. lib. j. ad herẽ. pro defero poſuit. Qui pentem necaſſe iudicatus erit: is obuolutus ⁊ ligatus corio deuehatur in profluentem.

Deuenio. is. pe. cor. de loco editiõe deſcẽdo. Uirg. li. iiij. Speluncam dido dux ⁊ troianus eandẽ deueniunt per tranſlationẽ ṽo cũ de diuitijs in paupertatẽ de gl̃ia ad ignominiam: de iuſtitia ad iniquitatẽ: de proſperis in aduerſa cadimus Ci. li. iiij. ad herẽ. Ur̃ eẽ arrogãtia illa relinquere ⁊ ad ſua deuenire. plau. ĩ aſi. Quid ſi forte in ĩſidias deuenero?

Deuenuſto. as. deturpo. Gel. Tanq̃ pulchritudinis ſibi inſignia deuenuſtet.

Deucaliõ nomẽ proprium filij promothei: quẽ ferũt in fabulis iactu ſaxorum gen⁹ humanũ cũ vxore pyrrha recuperaſſe.

Deuerro. is. probe verro: ſiue de loco verro. Col. lib. viij. Stabula ṽo frequenter deuerrenda ⁊ purganda humorq̃ omnis vrine deuerrendus eſt.

Deuerra: dea ab antiquis putata eſt quam venerabantur: vt ſcopis domum verrere poſſent.

Deuerbero. as. valde ṽbero. Ter. ĩ phor. Quot mecẽſes hoĩes deuerberaſſe vſq̃ ad necem hoſpites: tum etiam ciues?

Deuexo. as. valde vexo. Lact. li. v. Et cũ corpora hoĩuz occupãt aĩoſq̃ deuexãt audiant̃ ab his ⁊ nomine dei veri fugantur

Deuexus. a. um. a vexus eſſe cõuenit compoſitum a quo. Uexo as. eſſe videtur. Unde ⁊ conuexus. Et ponitur pro decliui ac deflexo. Col. lib. j. Parte campeſtri: parte alia collibus vel ad orientem vel ad meridiem molliter deuexis.

Deuĩcio. is. pfecte vincio. vehemẽter ligo. Plau. in Cap. Aduorte aĩum ſis tu iſtos captiuos duos heri quos emi de preda de q̃ſtoribus his iudico catenas ſingularias iſtas maiores quibus ſunt deuicti demitto. Per tranſlationez. Teren. in heau. Uerum vbi ſemel animus cupiditate deuinxit: mala neceſſe eſt conſilia conſequi conſimilia.

Deuinco. is. perfecte vinco.

Deuirgino. as. virginitate priuo. Hiero. ad Saluinã in egypto primum deuirginata eſt: ⁊ ibi fracte mamme eius.

Deuius. a. um. qđ recta a via recedit. Ci. in Lel. p tranſlationez Quid põt eſſe tã flexibile: tã deuium q̃ aĩus eius qui ad alterius non mõ ſenſum ac voluntatem: ſed ẽt vultũ atq̃ nutũ cõuertitur. Dicimus ẽt iter deuiũ qđ ẽ a recta via remotum Hie. li. ij. Re. Ppl̃s multus veniebat p iter deuiũ. Uñ. Cice-

ro Anagninos vocat deuios.ꝙ eẽnt extra viã militarẽ collocati.Et Hora.ſcortum deuium dixit quod eſt a via remotum.Proper.Letor ꝙ ſine me de via rura colis.

Deuio.as.ex de ⁊ vio.as.a recta via recedo. Abuſiue ꝑ deflecto ſumit̃.Hiero.paſſiuum protulit. lib.numeri.Ubi nec ad dextram nec ad ſiniſtram poterat deuiari.obuius ſtetit.

Deuito.as.pe.pro.declino.Ter.in an. Poſthac incolumen ſatis ſcio fore hoc nunc ſi deuito malum.

Deuoco.as.pe.cor.vocando deduco:ſiue inde aut deorſum voco.Liui.lib.iiij.Cũ a faucijs hoſtibus ſciſcitando cõperiſſet caſtra volſcorum deſerta eſſe letus a tumulo ſuos deuocat Ci.li.tuſ. per tranſlationem locutus eſt. Socrates primus philoſophiam deuocauit e celo.Quod eſt quaſi deduxit.

Deuolo.as.pe.cor.de alto volo. Plau.in am. Poſtꝗ̃ in cunis conditus deuolãt anguens iubati deorſum ĩ pluuiũ duo maximi.Per tranſlationẽ deponit̃ pro decurro.Liu.li.iij. Alij inter tumultum ꝑcipites pauore in forꝫ deuolant. Idem. lib. ij.ꝓ deſilio poſuit. Deuolãt de tribunali vt lictori auxilio eſſent.Aliqñ deuolare eſt alio volare hoc eſt diſcedere.Ci.ad heren.Ita falſi amici ſereno vite in tempore preſto ſunt: ſimul atqꝫ hominem fortune viderint:deuolant omnes.

Deuoluo.is.oĩbus aptat̃ que a ſũmo deorſum decidũt ſeu delabunt̃:vt ſaxa:vt aq̃:ſiue cũ hoĩes ĩde ꝑcipitant̃. Col. lib.j. Huic ꝓ prima fluens aq̃ e montib⁹ oriũda q̃ ꝑ ſaxa ꝑceps deuoluit̃.Liui.li.ij.de bel.pu.Saxa ĩgẽtia ĩ agmena dauoluũt. Per trãſlationẽ ṽo dicim⁹ Deuoluta ẽ res.deuoluta ẽ hẽditas:qđ vulgo đr de manu ĩ manũ.Idẽ li.v.Et eo deuoluirẽ vt aut pr̃icij:aut pr̃iciorꝫ aſſecle hñdi tri.plebis ſint Hero.Illa interĩ ꝯiunx egredia ⁊ q̃ de fõtib⁹ tullianis hauſerat ſapiẽtiã nupſit. Saluſtio inimico ei⁹.Et tertio. Meſſale coruino ⁊ quaſi per quoſdam gradus eloquentie deuoluta eſt.

Deuoro.as.pe.cor.vorando deijcio.Cato de ruſ. Bos ſi egrotare ceperit dato ꝯtinuo ieiunio ouum gallinaceum crudũ integrũ facito deuoret.Refertur etiaꝫ ad alios ſenſus Mar. Oculis deuorantibus draucos.Plau.Aſcultate atqꝫ operaꝫ date: ⁊ mea dicta deuorate. Illud enim oculorum: hoc aurium aditatem ſignificat.

Deuoueo.es.pe.cor.ſignificat ſolẽniter voueo.Uouere ãt ẽ aliq̃d ſancte ꝓmittere.Uirg.lib.xij. Quorꝫ ſe deuouet aris. Ci. lib.iij.offi.Quid Agamenõ cũ deuouiſſet diane qđ in ſuo regno pulcherrimũ natum eẽt illo anno ĩmolauit Iphigeniã. Itẽ deuouere ẽ morti dedere.Liui.li.ix.Equidẽ mortem ꝓ pr̃ia preclarẽ eſſe fateor: ⁊ me vel deuouere ꝓ pp̃lo romano legiõibuſqꝫ vel in medios me mittere hoſtes paratus ſum. Itẽ deuouere ẽ diris ĩprecationib⁹ malũ alicui optare. Oui. in Ibin Illũ ego deuoueo quẽ mens intelligit ibin. Hic deuotio ꝓ execratione.Sue.ĩ Cali.Lenis adeo ⁊ ĩnoxi⁹ vt piſoni decreta ſua reſcindẽti nõ prius ſuccẽſere in aĩum induxerit ꝗ̃ veneficijs quoqꝫ ⁊ deuotionib⁹ ĩpugnari ſe ꝯperiſſet. He deuotiões tales erãt: quales dire fuerunt apud ꝑſcos q̃ talẽ hẽre poteſtatẽ credebant̃: vt nemini fas eẽt q̃ ĩ eas incidiſſet euadere. Inter carmina magica duo erãt apud maiores maxie religionis:quorꝫ altero dij tutelares vrbiũ euocabant̃ ab hoſte victore ne deos captiuos ducere viderent̃. Altero deuouabant̃.i.morti debebãt vrbis exercitus hoĩuꝫ capita q̃ ſe traderẽt ire numinũ ꝓ ſalute aliena: q̃le fuit carmẽ duorꝫ deciorꝫ q̃ ſe ꝓ pr̃ie ſalute deuouerũt. Liui.li.ix.Equidẽ mortẽ ꝓ patria ꝑclarã eẽ fateor: ⁊ me vel deuouere ꝓ populo romano legionibuſqꝫ vl̃ in medios me mittere hoſtes.

Deuotus deſtinat⁹: ⁊ ad ꝓſperũ aduerſũ trahit̃.Uar.Tũ deuoto tibi aĩo vtere:Uirg. Precipue ĩfelix peſti deuota future.

Deus varie a varijs deduci ſolet. Nã q̃dã a θεοσ deriuãt qđ deum ſignificat. Alij απο του θεο. Moſcopolus θέον λεγεσθαι οτι θεω το τρεχω θεους γαρε λλη νάς ταςοιχεια ελέγομα θεουσιμ αει και αριςοτε λης Alij απὸ τυο θεωμαι: ſpeculor ꝙ in maieſtate diuina tanꝗ̃ in ſpeculo cũcta reſultent aut q: cũcta intuẽtur vel potius το Δεος του Δεεος φοβὸς λεγεται οτι αυτου ομ Δεμ μειξομ. Uñ Statius. Primus ĩ orbe deos fecit timor. Qui dã a dando: q: hoĩbus det q̃cq̃d ẽ cõmodũ. Nonnulli deum dici putãt ꝙ nihil ei deſit. Hic Deitas q̃ ⁊ diuinitas đr. Aug. li.vij.de ci.dei. Hãc diuinitatẽ.vel vt ſic dicã deitatẽ. Nã et hoc ṽbo vti iam nr̃os nõ piget vt exꝓſſius e greco transferunt. qđ illi theoteta appellant: Deũ ⁊ diuũ q̃daꝫ indifferẽter accipiunt. Alij deos volunt ꝑpetuos eẽ diuos ṽo ex hoĩbus factos. Et lꝫ deus diffiniri neq̃at. tñ ita deſcribi p̃t. Deus eſt mens vniuerſi: vel deus eſt aĩus per ĩmenſas mũdi partes oẽmqꝫ nãm cõmeans atqꝫ diffuſus ex quo oĩa q̃ naſcũt̃ animalia vitã capiũt. Ul̃ de⁹ ẽ ĩfinita mẽs ꝑ ſeipſam mouetur.

Deuteria a grecis dicuntur vina aqua mixta. hoc eſt ſecundaria. Nam Δευτέρον ſecundum dicitur. Fit ex maceratis aqua vinaceis poſt muſtum acinis expreſſum.

Dextera vel dextra manus que q̃m validior ẽ ſiniſtra dare dextrã dicimus nõ mõ manũ porrigere ſed ẽt auxilium ꝑſtare Uir. Da dextrã miſero dextrã. Numa Põpilius vt ait Liuius fidei cõſecrauit. Dextra ſe antiqui venerabant̃: ꝑ dextrã iurabant tanꝗ̃ fidei ſedẽ ⁊ virtutis miniſtram.

Dexter dextri vel dexteri q̃ dextre partis ẽ. Uirg. Quo tãdẽ mihi dexter ab is. Interdũ đr aptus ꝯueniẽs agilis ab aptitudine dextre man⁹. Sta.li.iij.ſyl. Signa frenate moderatus ale aſture dextro. Hic đxterior fit a Dexterim⁹ ꝓ aptior ⁊ aptiſſim⁹. Dexteritas aptitudo. Antiq̃ dextimũ ⁊ ſiniſtimũ ꝓ dextro ⁊ ſiniſtro dicebãt. Aliqñ ẽt Dexter đr proſper propici⁹. Uirg.li.viij. Et nos ⁊ tua dexter adipede ſacra ſecundo.

Dextrorſum aduerbium ſignificat verſus dextram partem.

Dextrale. ornamẽtũ dextre cõe viris ⁊ mulieribus. Hier.ĩ exo. viri cũ mulieribus ꝑbuerunt armillas ⁊ ĩaures anulo ⁊ dextralia. Huius diminutiuũ ẽ dextraliolũ: vt ĩ li. Judith. Induxit ſãdalia in pedibus ſuis: aſſũpſitqꝫ dextratiola ⁊ iaures

Detrocherium muliebre brachiorꝫ ornamentum qđ ex auro in anuli lati formam gemmis preciofiſſimis integebatur. Jul. Capito. ſcribit maximinũ pollice fuiſſe tam vaſto vt vxoris dextrocherio vteretur pro anulo.

Dextrarij dicuntur equi maxime bigarij.

Dextro.as.ſignificat equos bigarios iungo. Solinus. Tarpeiũ iouem terna dextractione luſtrauit. Lau. valla. Triũphaſſe exiſtimas ceſarẽ quotiẽs domo ꝓdibant: vt nunc ſolet papa ꝑcedentibus albis eq̃s: quos ſtrados famuli dextrant.

Depeciſcor.eris.depectus: ex de ⁊ paciſcor. ſignificat ſicut ſimplex: ⁊ tam in bonã ꝗ̃ in malam partẽ ſignificat. Ter.ĩ phor. Ita medij bñ ament. vt mihi liceat tam diu quod amo frui iam đpeciſci morte cupio. Ci. Quidã cũ circũſederetur neqꝫ effugere vllo mõ poſſet. depectus eſt cum hoſtibus: vt arma ⁊ impedimenta relinqueret: milites educeret.

Depeculor.pe.cor.ex de.pepeculor. qđ a peculiũ deducitur. peculiũ ṽo lucrũ ſig̃t: vel quicq̃d ſua ĩduſtria quis acquiſiuit. Qui autẽ peculiũ: ſiue quid peculij ſurripuerit depeculator dicet̃ ꝗ̃ꝗ̃ ſint q̃ dicãt. Depeculari ꝓꝑe eẽ furari ea q̃ad rẽp. ſiue ꝑncipẽ: ſiue ad ſacrã pertinent. Sed Ci.li.j.ad herẽ. docet aliud eẽ furtũ: aliud peculatũ. Siquis inq̃t peculat⁹ accuſat̃ ꝙ vaſa argẽtea publica đ loco ꝑuato dicat̃ ſuſtuliſſe poſſit dicere cũ diffõne ſit vſus q̃d ſit furtũ. q̃d ſit peculatus ſecũ furti agi ⁊ nõ peculat⁹ oportere Et ĩ ver.acti.i. Quib⁹ ĩ ꝓuincijs multas domos: plurimas vrbes oĩa fana depeculatus.

Depello.is depuli depulſum deorſum pello. Lact.li.ij. Inueteratos depullim⁹ errores. Interdũ Depellere cum abducere remouere. Uirg. Dulce ſatis humor depulſis arbut⁹ hedis. Nã đpulſus ꝓꝑe poſuit ꝙ agnos quadã vi. ab vberib⁹ matrũ pelli ꝯſtat dũ repugnãt ne ĩde amoueãt̃. Inde Depulſus đr ꝯ voluntatẽ amotus. Amouemur eni a re grata ⁊ iucũda.

## D ante I

Di ⁊ dis. ꝑpoſitiones eiuſdem ſignificationis ſunt: q: ambe ſeparatiue. ⁊ ĩ compõne ſolũ reperiũtur. Coponit̃ aũt. di. cum dictionib⁹ incipientib⁹ a.d. vt Diduco.g. vt Digero.l. fit Diluo.m. vt Dimitto.n. vt Dinũero.i. vt Dijudico.u. vt Diuerto ⁊ vbiqꝫ producitur niſi indirimo et diſertus. Dis vero mõ negationem denotat vt difficilis: diffido. Mõ diuerſitatem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN